*videtur eſſe, quod puniatur* [k] *pœna ſtupri, quæ eſt publicatio dimidiæ partis bonorum, vt in facti contingentia conſuluit Alexand. conſil. 156. libro ſeptimo. Præterea* [l] *tales ducẽtes duas vxores ſunt infames, vt eſt textus in l. 2. Codice de inceſt. nupt. & ita tenent communiter Doctores, vt atteſtatur Antonius Gomeſ. ſuper l. 80. Tauri, numero vigeſimoſeptimo. Sed hodie, vt ait Anton. Gomeſ. ibi, & Didac. ſup. 4. decret. fol. 126. num. 8. praxis recepit, vt contrahentibus binas nuptias candenti ferro fronti imprimatur littera Q. Ceterum hoc fortè apud Hiſpanos ſeruatur:* [m] *Nos autem habemus conſtitutionem diſponentem, quod puniantur in ſcutis 500. vel tribus ictibus aculei, & vlterius arbitrio Senatus. Solet autem Senatus, quando quis plures, quam duas vxores habet eodem tempore grauius in eum animaduertere, prout factum fuit in quodam Bartholomeo Comenſi, qui quatuor mulieres eodem tempore viuentès vxores duxerat: fuit enim publicè* [n] *fuſtigatus, & ad triremes per triennium tranſmiſſus, 2. Decembris 1531. C. Grammat. autem voto 17. refert, quod quidam, qui eodem tempore quinque vxores duxerat, fuit propter delictum toties reiteratũ, vltimo* [o] *ſupplicio affectus ex iudicio illius curiæ Neapol.*

32 *Sed* [p] *pone, quod mulier virum ſuum, qui longo tempore abſens fuerat, eſſet vita defunctum arbitrata, alium duxerit in maritum: nunquid erit punienda? Reſpond. quod ſi quis talis mulier certũ nuntium de mariti morte acceperit, vel etiam aliter fama publica interueniente probabiliter credere potuerit illum defunctum eſſe, debet excuſari: alias verò punitur de adulterio, & hæc eſt communis opinio, vt atteſtatur Antonius Gomeſius ſuper dict. leg. octuageſ. Tauri, numero trigeſimoprimo.*

33 *Omnes* [r] *autem coitus cuiucunque generis ſint, ſi per vim committantur, grauius puniri debent. Et ideò cognoſcens carnaliter mulierem per vim, punitur pœna capitis, vt dixi infra hoc eodem libro, §. Raptus, circa princip. & ita etiam cautum eſt per conſtitutiones huius Ducatus, quas tamen Senatus non ſemper obſeruat, licet grauiſſimè puniat. Et memini, quòd quidam Hieronymus de Lomatio pro violentia illata mulieri, etiam quòd baberet pacem, fuit tranſmiſſus ad triremes per quinquennium, vigeſimo octauo Septembris 1559. P. N. Et poteſt poni exemplum in adulterio per vim commiſſo, vt in caſu, in quo conſuluit Grammat. conſilio 45. item in Sodomia perpetrata cum violentia, vt in caſu, in quo conſuluit Mantua, conſilio 213. libro I.*

k *Pœna ſtupri.*] Adde & per Carrer. in practic. par. 464. nu. 305. & 313. & per Boſſ. in tit. de coitu damnat. & puni. numero 75. quem Auctor. in multis diſſimulat. *Giach.*

l *Preterea tales.*] Farin. ſup. nu. 15. *Roſ.*

m *Nos autem.*] Boſſ. de coitu damnato. num. 78. Farin. dicto num. 22. & 23. *Roſ.*

n *Fuſtigatus.*] Item atteſtatus eſt Boſſius vbi ſup. *Giach.*

o *Vltimo ſupplicio affectus.*) Adde, & vide Boſſ. eodẽ loci, vbi egregiè narrat caſum de quodam condemnato ex eo, quod matrimonium contraxiſſet cũ quatuor mulieribus, qui incidit in Regem Carolum, dum ducebant ad locum ſupplicij, & cui Rex ob lepidum reſponſum gratiam libere conceſſit. Et verè fuit ex mera, ac propria Gratia Regali, quia licet alias non puniretur quis pœna capitis propter duas vxores: tamen quando plures duabus habet, tenetur, vt latè habetur per Grammat. vot. 17. vbi retulit ita fuiſſe notatũ in magna curia: & illum refert, atque ſequitur Ludou. Carer. in pract. crim. §. Homic. 6. ſub numero 214. *Giach.*

p *Sed pone.*) Farin. d. q. 140. part. 2. nu. 42. vbi etiam qualiter probetur mors viri, vt licentia detur per 12. concl. *Roſ.*

*Sed pone quod mulier.*)

39 Adde † videndum Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 5. caſu 420. num. 118. cum ſeq. *Baiard.*

q *Num. 31.*) Farin. dict. quæſt. 140. part. 1. num. 5. *Roſ.*

r *Omnes autem coitus.*) Adde Conſtum de Tours, titulo Droutz de hault Iuſtice tit. 4. artic. 1. verſ. femme feroce.

40 Rapiens † autem inhoneſtam mulierem punitur tantum pęna arbitraria, vt hic, & eſt fortaſſis ratio; quia vt ſæpe euenit in facto; Mulier, quæ cognoſcit aliquem ob eius deſiderium deperire, intendit inuita amari; ideò inuita ratione publici officij cognoſci poteſt, Dec. in l. inuitus numero ſeptimo. ff. de reg. iur. *Drog.*

*Omnes autem coitus.*)

41 Adde † quod Hoſtienſ. in capitul. continebatur, extra de deſponſ. impub. dicit, quod mulieri non creditur de violentia, ſi copula carnalis ſit ſecuta. *Baiard.*





# §. FVRTVM.

## SVMMARIA.

### Ex Claro.

1 *Furtum quid ſit.*
2 *Furtorum genera quot ſint.*
3 *Domino rei an liceat rem furatam perquirere in domibus aliorum.*
4 *Et an poſſit proponi edictum, vt qualibet teneatur indicare rem furtiuam.*
5 *Et an ille, apud quem reperitur res ſubtracta, præſumatur fur.*
6 *Et an furtum ſit graue delictum.*
7 *Furti pœna quæ ſit.*
8 *Et quid in furibus famoſis.*
9 *Et an pro vno furto magno poſſit quis ſuſpendi.*
10 *Et an ſtante ſtatuto, quod pro tertio furto quis ſuſpendatur, ſi quis commiſerit duo furta extra territorium, & vnum in territorio, poſſit ſuſpendi.*
11 *Et an fur, qui rem furatam in aliud territorium exportauit, poſſit in eo puniri ratione contrectationis.*
12 *Et quid ſi fur pro duobus primis furtis fuerit iam punitus.*
13 *Et quid ſi fuerit abſolutus.*
14 *Et quomodo dicatur eſſe tria furta.*
15 *Fures an poſſint capite puniri.*
16 *Et an puniantur pœna quadrupli.*
17 *Fur deprehenſus inſlagranti crimine poteſt impune occidi. Remiſſiuè.*
18 *Contra furem poteſt in litem iurari.*
19 *Quando dicatur conſtare de furto, Remiſſiuè.*
20 *Fur an excuſetur à pœna furti, ſi probet illum, cui furatus eſt, eſſe ſuum debitorem.*
21 *Et quid ſi ille, cui res furata fuit, proteſtetur, quod illam accepit de eius voluntate, vel conſenſu.*
22 *Furta domeſtica an ſint punienda.*
23 *Furtum de re modici valoris an ſit puniendum.*
24 *Propter neceſſitatem an licitum ſit furari.*
25 *Et an ſi poſtea fur ad pinguiorem fortunam perueniat, teneatur reſtituere.*
26 *Emens rem furtiuam an teneatur ad eius reſtitutionem.*
27 *Qualiter procedatur pro furto aduerſus nautas, caupones, ſtabularios.*
28 *Et an quando familia furtum feciſſe dicitur, punitio vnius liberet alios.*

### Ex Additionibus.

1 *Furtum varijs modis committitur.*
2 *Furtum de iure canonico ſumitur pro omni vſurpatione.*
3 *Furtum in foro poli ſola voluntate contrahitur, ſecus in foro fori.*
*Et in re propria, cum creditur aliena, num. eod.*
4 *Furtum in re communi committitur.*
*Et quid in ſocio negotiante pecuniam communem, nu. eod.*
5 *Famulus, vel nuntius non reſtituens pecuniam Titio, cui deferendam dominus tradiderat, an furtum committat remiſſiuè.*
6 *Famulus fugiens a Domino an præſumatur res amiſſas ſubtraxiſſe.*
7 *Furtum committitur cum rei amotione, & contrectatione.*
*Statutum de furto non habet locum in damno dato, nec è contra nu. eod.*
8 *Furtum, vel rapinam non committit, qui per vim metumue iuſtum aliquid conſequitur.*
9 *Vendens ſcienter rem alienam an furtum commitat.*
10 *Et quid in exigente tributum, vel gabellam indebitam.*
11 *Fur debet puniri licet perſona ſit incognita, cui furatus eſt.*
12 *Furtum manifeſtum, & fur manifeſtum quis dicatur.*
13 *Furtis perquiſitio domino concedenda eſt.*
14 *Furtnm feciſſe præſumuntur vicini conuerſantes, & familiares malæ famæ.*
*Et contra quos præſumatur de furto remiſſiuè, nu. eod.*
15 *Furta non ſunt inueſtigenda per auguria, vel magica documenta, aut ſuperſtitiones.*
16 *En an poſſit proponi edictum de furtiuis reb. iudicandis remiſſiuè.*
17 *Et ille tenetur rem furtiuam exhibere, penes quem reperitur*
18 *Et an dominus domus, in qua fuit reperta res furtiua, dicatur in culpa, & conſcius furti remiſſiuè.*
*Et an credatur vnico teſtis, ibi fuiſſe repertam, remiſſiuè, numero eod.*
*Et an dominus domus poſſit torqueri, & condemnari, remiſſiuè, num. eod.*
19 *Et an Adu...atus conſulens furem, ac retinens penes ſe rem furtiuam, teneatur propalare furtum, vel reum, remiſſ.*
20 *Furtum an præſumatur ab eo commiſſum, penes quem res furtiua fuit reperta, remiſſiuè.*
*Et an teneatur docere, à quo rem habuerit, remiſſiuè, nu. eod.*
21 *Furtum quando dicatur delictum atrox, vel enorme.*
22 *Et an comprehendatur ſub ſtatuto loquente de robaria.*
23 *Furtum an dicatur egregium, vel enorme, remittitur arbitrio iudicis.*
24 *Furtum licet modicũ dicatur enorme, ſi ex eo tumultus ſubſequatur.*
25 *Furti pœna quæ ſit, & quæ olim apud Gręcos, & alios remiſſiuè.*
26 *Et quæ in Regno Neap.*
27 *Furis confeſſio quandoque ſibi non præiudicat.*
28 *Fures ex generali conſuetudine pro tribus furtis laqueo ſuſpenduntur.*
29 *Confeſſus duo furta, de quibus conſtabat, & plura alia minima, de quibus non conſtabat, an poſſit ad furcas condemnari.*
30 *Furta tria licet leuia pęnam mortis merentur.*
*Verbum ſæpiſſimè de tribus vicibus intelligitur, nu. eod.*
31 *Statutum, vel conſuetudo ſuper furto an comprehẽdat crimẽ expilatæ hæreditatis, vel rapinam.*
32 *Fur non debet relaxari, niſi reſtituta re furto ſubtractæ, uel ſoluta.*
*Etiam ſi ciuiliter actum non fuerit ad furti reſtitutionem, vel iudex procederet per inquiſitionem, nu. eod.*
33 *Et iudex tenebitur, ſi per negligentiã non fecerit reſtituere.*
34 *Et quid in diffamatoribus.*
35 *Et fur debet condemnari ad reſtitutionem, quãuis nihil fuerit petitum per partem, vel aliter, quam deceat.*
36 *Et eſt condemnandus in eodem iudicio, inſtantia, & ſententia, licet damnaretur ad mortem, alias iudex teneretur de ſuo.*
37 *Et bona ſunt tacitè hypothecatæ pro reſtitutionis, aduerſus redes, & alios proſeſſores.*
38 *Statutum ſi reſpiciat valorem rei, debet valor cõmuni æſtimatione probari.*
39 *Statutum quod committens furtum in re valoris ſcutorum decem ſuſpendatur, comprehendit duos, vel plures eam ſummam furto ſubtrahentes, & diuidentes.*
40 *Et ſi diceret, quid furans infra valorem vnius auri fuſtigetur, & res tanti valeat, nec pluris, aut minoris, porinde eſt, ac ſi eſſet infra vnum aureum.*
41 *Furti pœna punitur, capiens bona in mare proiecta tempore tempeſtati, vel cadentia de rhedæ, ſeu curru.*
42 *Furti cauſam dans aperiẽdo, vel frangendo ianuã domus, in qua furtum factum fuit, an teneatur furti.*
43 *Furtum magnum an pœna mortis vindicetur.*
*Et quid ſi ſtatutum tria furto requireret, num. eod.*
*Et quæ ſint neceſſaria, vt dicatur furtum magnum, vel egregium, remiſſ. nu. eod.*
44 *Et an ſit furtum magnum, remittitur arbritrio Iudicis.*
45 *Furtum quibus circunſtantijs aggrauetur.*
*Furtum vnicum quibus caſibus pœna capitis plectatur, remiſſiuè, nu. eod.*
46 *Fur nocturnus cum armis aggrediens laqueo ſuſpenditur.*
47 *Furtum quando dicatur vnicum remiſſ.*
48 *Statutum puniens opem, ſicut furtum, non habet locũ in receptatore*

coptatore rei furtiuæ.
49 Fur inquiſitus, quod mille, & vltra ſubtraxerit de taſca, & condemnatus ad pœnam, & reſtit. nō poteſt amplius ex eadem ſententia puniri, nec pars petere, niſi mille, licet reuera bis mille eſſent in taſca.
50 Fur pro primo an comparere poſſit per procuratorem.
51 Statutum quod pro tertio furto quis ſuſpendatur, an comprehendat mulieres.
52 Et quomodo Iudex tertij furti procedere debet pro aliorum furtorum verificatione.
53 Et an ſufficiat vnum inueniri abſque auriculis.
54 Statutum Parmæ ſuper quarto furto declaratur.
55 Statutum, quod fur pro tertio furto moriatur, non habet locum in contrectante rem eādem per diuerſas iuriſdictiones.
56 Et an Iudex primi, vel ſecundi, aut teatij furti poſſit punire furem pœna mortis, ſi alia duo extra ſuum territorium fuerint commiſſa.
Angelus impugnatur, num. eod. & ſeq.
57 Et an Iudex originis poſſit punire furtum alibi commiſſum.
58 Furta ſequentia, an aggrauent præcedentia, vel è contra.
59 Saluumconductum tollitur per ſubſequens delictum.
60 Fures, & malefici omni cum ſæuitia ſunt puniendi.
61 Statutum, quod pro tertio furto fur ſuſpendatur, procedit etiam ſi pro primis duobus furtis non fuerit punitus.
62 Et an ſi pro tribus furtis varias pœnas indiceret, & pro quarto ſuſpendi, ſi pro primis tribus non fuerit cōdemnatus, Decian. lapſus, num. eod.
63 Statutum pro tertio furto furem ſuſpendi requirit temporis interuallum ab vno furto ad aliud.
64 Furta, de quibus non poteſt cognoſci curſu temporis, vel diuerſitate loci aggrauant etiam ſtante ſtatuto de huiuſmodi delictis non poſſe fieri proceſſum.
65 Furta, de quibus ſecuta fuit abſolutio, aut alius Iudex cognoſcere non poteſt, nunquid aggrauent vlt. furtum,
66 Et quid ſi pro eis pœnam ſoluiſſet.
67 Et quid ſi extarent ſtatuta, quod de talibus delictis ante tempus, vel alio loco tommiſſi non poſſit fieri proceſſus.
68 Furtum dicitur vnicum etiam ſi plura commiſſa fuerint vna die, vel nocte in vna domo, vel pluribus.
69 Et quid ſi fur confiteatur, ſe plura furta feciſſe in eod. loco, diuerſis tamen temporibus, vel cum temporis interuallo.
70 Nobiles furcis non ſuſpenduntur, niſi concurrat enormitas delicti.
Et quid in crimine furti. nu. eod.
Furca eſt pœna ignominioſa in Italia, ſed in Francia ſecus. num. eod.
71 Nobiles in Italia pro homicidio capite truncantur; ignobiles furca ſuſpenduntur.
72 Milites an ſuſpendantur.
73 Fur in conſcientiæ foro, quid teneatur reſtituere, remiſſ.
Et re extincta ſine eius culpa, an teneatur ad æſtimationem, num. eod.
74 Et ad expenſas, quas furtum paſſus fecit in requirenda re.
Malefactor tenetur ad intereſſe damni etiā extrinſ. nu. eod.
75 Furto rem ſubtractam an tertius poſſit auferre à fure infragrante reperto.
76 Fur repertus infragranti poteſt ſine ſententia fuſtigari.
77 Damnum an, & quando probetur per iuramētum damnum paſſi.
Et an admittatur probatio in contrarium, num. eod.
78 Furtum quomodo conſtare dicatur.
79 Furtum per teſtes probari poteſt, etiam ſtatuto probationes teſtium reijciente.
80 Fur an excuſetur à pœna furti, ſi probet ſuum eſſe debitorem cui furatus eſt.
81 Furari non licet domino rem ſuam ab alio occupatam.
82 Mulier bona mortui mariti exportās, qua actione teneatur.
83 Furans domino ſciente, præſente, & non contradicente, an teneatur furti.
Et quid in filio, vel in alia perſona coniuncta. nu. eod.
84 Furti pœna tenentur vicini receptantes furto ſubtracta a filijs, vxore, marito, vel patre.
85 Commodatarius an teneatur furti, ſi equo abſque Domini voluntate ad longius iter vtatur.
Fur an excuſetur a pœna furti, ſi dominus proteſtetur de ipſius voluntate rem fuiſſe ſublatam, num. eod.
86 Furtnm committens in domo amici, an excuſetur, ſi dicat fuiſſe ioco.
87 Fures domeſtici qui appellentur.
88 Et familiaris vnam rem hodie furans, & cras alteram, licet viles, punitur tanquam de magno furto.
89 Furti pœna an teneatur famulus, vel creditor ſubtrahendo quantum ſibi debetur.
90 Furans quod ſibi debetur, an ſit tutus in conſcientia, & factis monitorijs teneatur reuelare, aut reſtituere.
Et quid de ſcientibus illum aceepiße, nu. eod.
91 Fur pro leui furto quandoque torquetur ad pœnam, & pro pluribus minimis ſuſpenditur.
92 Et punitur leuiter tanquam pro leui furto non punitur vlterius, licet poſtea furtum fuiſſe magnum appareat.
93 Zingari pro furtis minimis etiam gallinarum ſunt puniendi.
94 Columbas alieni columbarij etiam in ſuo capiens, vel occidens furtum committit.
95 Arbores incidens, & exportans tenetur furti.
96 Et quid de incidente arborem, & inde fauos mellis extrahente.
97 Furtum committit accipiens fructus ex fundo ſuo, in quem alius fuerat miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto.
98 Tortura pro paruo furto infertur, legitimis præcedentibus indicijs.
99 Furti actio an detur pro re minima.
Et an pro gallina num. eod.
100 Furari propter neceſſitatem, an ſit licitum.
101 Et quando quis dicatur eſſe in extrema neceſſitate, remittitur arbitrio Iudicis.
102 Fur in quibus caſibus excuſatur à pęna furti, remiſſiuè.
103 Ludum aleæ tenens in domo lucri cauſa, an pro furto in ea commiſſo tempore ludi actionem habeat criminalem, vel ciuilem.
Et quid in alijs ludis prohibitis. num. eod.
104 Ludus aleæ dicitur ludus fortunæ.
Ludi receptator, dicitur aleator. num. eod.
105 Fures in quibus caſibus excuſantur, & pęnam mortis euitant.
106 Fur non excuſatur, licet ex eius furto aliquod Reipubl. bonum accidat.
107 Emens rem furtiuam, an teneatur eam Domino ſine pretio reſtituere.
108 Et petens eam ſibi reſtitui, debet probare furto ſubtractam fuiſſe.
109 Et quid ſi ſolutum fuerit pretium illi, penes quem erat furtiua.
Et res etiam ſine furto in alium translata, an ſine precio ſit reſtituenda. nu. eod.
110 Emens equum furto ſubtractum a tranſeunte, amittit pretium.
Et qualiter probetur fuiſſe ſubtractum, remiſſiuè numero eodem.
111 Et an ille, cui fuit ſublatus, poſſit à fure propria auctoritate recuperare.
112 Et an debeat præſentare Iudici, & expenſas reficere.
113 Emens rem raptam à latronibus, vel ab hoſte nomine domini, an amittat pretium.
114 Emens equum furtiuum à Zingaro ad quid teneatur remiſſiuè.
115 Iudæi an debeant res furtiuas emptas, non refecto pretio reſtituere.
116 Dominus rei furtiuæ non repetit pretium emptori bonæ fidei reſtitutum.
117 Pignori ſcienter accipiens res alienas furti tenetur.
Et quid in Iudæis, num. eod.
118 Iudæi rem furtiuam ſcienter ementes, furtum committunt.
Et dominus ſi ſoluiſſet, pretium recuperat, num. eod.
119 Furti actione an teneatur inſolutum accipiens res furtim ſublatas.
120 Emens rem furtiuam extraordinariè punitur.

Et



121 Et an contra eum poſſit agi actione furti ad rei perſecutionem.
122 Emens ſcienter à filio familias rem ſubreptam patri, tenetur furti.
123 Ludo ſcienter vincens filio familias, aut ſeruo pecuniam patris, vel Domini, aut furtum committat.
Et an patri competat actio eod. num.
124 Et ludens præſumitur ſciuiſſe pecuniam eſſe filij familias, vel ſerui.
Et ad pœnam corporalem contra eum procedi non poſſet. nu. eod.
125 Et ignoranter vincens ciuiliter tantum conuenitur.
126 Et an furtum committant ludentes cum Monachis, furioſis, & alijs non habentibus liberam adminiſtrationem rerum appoſitarum in ludo, remiſſiuè.
127 Furtiua res ad furem reuerſa ex depoſito, vel commodato, cui ſit reſtituenda, concurrentibus Domino, & depoſitario.
128 Fures qua actione poſſint agere pro recuperatione rei ab ies furto ſubtractæ contra alium furem eandem rem ſurripientem.
129 Pretium rei furtiuæ, & bona fide emptæ in mercato, vel nundinis non debet reſtitui, etiam ſi extaret ſtatutum, quòd res furto ſubtracta publicè, & bona fide empta vendicari non poſſit.
130 Furari an liceat domino rem ſuam, vel propria auctoritatę capere.
131 Emens rem furtiuam bona fide eamq; poſtea reuendens non tenetur domino reſtituire pretium.
132 Eccleſiæ bona furto ſubtracta atocantur à detinente ſine pretij reſtitutione.
133 Bona fides, an præſumatur in acquirente rem furtiuam ab aliò, quàm a fure.
134 Furatam rem acquirens ea perempta ad illius pretium tenetur.
135 Furtum aduerſus nautas, caupones, vel ſtabularios quomodo probetur remiſſiuè.
Ft de iuramento in litem, ac familia torquenda, remiſſiuè, num. eod.
Et an ſit ſtandum iuramento ſcholaris, vel hoſpitis, nu. eod.
136 Et edictum l. 1. ff. naut. caup. ſtabul. procedit etiam in camerilocannis.
Et an caupo teneatur ob furtum ſi clauem Cameræ tradiderit hoſpiti num. eod.
137 Et quando teneatur caupo ad emendum rerum ſubtractarū in hoſpitio ſuo.
138 Et quid ſi quis in cauponam gratis diuerterit.
139 Et an teneatur caupo de rebus per feneſtram ſublatis à fure vel viatore.
140 Et an hoſpes ſuſpectus de calumnia poſſit torqueri.

---

ADDITIONES
Ad §. Fnrtum.

§. FVRTVM.

1 FVrtum a eſt cōtrectatio rei alienæ fraudoloſa lucri faciendi gratia, vel ipſius rei, vel etiam vſus, & poſſeſſionis. Et ita definit Iur. in l. 1. §. furtum, ff. de furt.

2 b Furtorum autem duo ſunt genera: manifeſtum, & non manifeſtum. leg. furtorum ff. de furt. Fur manifeſtus eſt ille, qui cum ipſo furto depre-

a FVrtum. ] Hic nota, quod furtum alij ſint inprobi, alij improbiores, alij pluſquam improbiſſimi: de omnibus vide per Iacob. de S. Georg. in l. ſed nouo, C. de ſer.
1 fuit. Item † ſcias, quod furtum committitur etiā in re communi. leg. res communis l. merito. ff. pro ſoc. & l. ſi ſocius. ff. de fur. Quapropter Crauet. in conſil. 176. conſuluit, ne præſumatur ſocius voluiſſe delinquere, negotiaſſe cum pecunia communi, communi nomine. Vide plene per eum ibi. Giach.

Furtum. ] Vigel. M. 1. R. libr. 5. cap. 10. reg. 11. vſque 28. Farin. conſ. 96. numer. 42. & deciſ. 101 num 7. Plura per. Bonacoſ. in quæſt. crim. verb. Furtum, vbi quid in eo, qui pecuniam. alicui deferendam accepit, & in vſus ſuos conuertit tex. in l. ſi is cui, C. de fur. Iaſon in l. eum, qui §. quas vero num. 7. ff. ſi cert. pet. Crauet. conſil. 244. col. fin & Foller in fragmenr. de furt. poſt. Caſtr. conſil. 141. libr. 1. numer. 4. & Alciat. conſ. 153. lib. 5. vbi etiam de pecunia conſignata alicui furto ſubtracta. Roſ.

2 Furtum. ] Adde, † quod furtum de iure canonico largè ſumitur pro omni uſurpatione 14. quæſt. 5. capit. dixit dominus, §. primo & Zanet. in tract. de different. vtrruſque Iuris, numer. capit. 61. quod tamen procedit, quoad Deum, non
3 autem quoad homines, & ideò † in foro poli abſq; contrectatione rei alienæ, ſola voluntate furtum committitur, & etiam in re propria, qnando creditur aliena, ſecus in foro fori, cum non poſſit dici furtum, ſi non adeſt rei alienæ contrectatio: ita declarat Summa Sylneſtr. in titul. de furto, in princip.

4 Item † adde, quod furtum committitur etiam in re communi, l. rei communis, l. merito, ff. pro ſocio, & l. ſi ſocius, ff. de furt. & ſi ſocius negotiauerit pecuniam communem, negotiaſſe præſumitur iure communi, & non iure proprie, ne furtum commiſiſſe dicatur, ita Crau. in conſ. 286.

5 Item † adde, ſi famulus, vel nuntius, cui per dominum tradita fuit pecunia, vt illam Titio deferret, & illam non dedit, an furtum committat, vide per Crau. in conſilio 244. col. fin. & per Foll. in fragmen. not. 127.

6 Item † adde, quod famulus, qui aufugit à domino, præſumpſionem habet contra ſe, quòd res amiſſas ſubtraxerit; & quomodo hoc procedat, & quando aufugiſſe dicatur, vide Natt. in conſ. 407. & Maſcard. de probat. concluſ. 822. vbi latiſſimè.

7 Item † adde, quòd furtum committitur cum rei amotione, & contrectatione; & ideò ſtatutum de furto non habet locum in damno dato, & è contra ſtatutum de dāno dato non habet locū in furto, quia damnum datum eſt cum rei correptione, vt per Decian. in conſilio 83. Grat. in conſil. 154. volum. ſecundo, Bald. Alexand. & Iaſon in l. 1. §. fin. ff. ſi quis iuſdicenti non obtemp. & Plot. in l. ſi quando, C. vnde vi, §. 2 numer. 43.

8 Item † adde, quòd furtum, & rapina non committitur ab eo, qui per vim compulſiuam, metumue iuſtum etiam mortis aliquid ab aliquo conſequitur, Bero. conſ. 195.

9 Item † adde, quod ſcienter vendens rem alienam, tum demum furtū committit, & de furto puniendus eſt, ſi rem ipſam tradat, vt voluit glo. in item ſi res, in l. princ. in glo. magna circa medium, & ibi Batolt. ff. de alien. iud. mut. ca. gloſſ. & Doct. in l. ſi ſeruum veſtrum, C. de furt. & requiritur vera, & realis traditio; nec ſufficeret conſtitutum, aut precariam, Franc. Aret. in l. 3. §. ſi rem apud te, ff. de acquirend. poſſ. & Tiraq. de conſtit. par. 3. limit. 26. num. 3. conrrarium autem, quòd ſufficiat conſtitutum, tenuit Salic. in d. l. ſi ſeruum veſtrum, quem ſequitur Iaſ. in d. l. 3. §. ſi rem, verſic. Sed adde ad iſtam regulam, Tiraq. vbi ſupra numer. 7. qui hoc indeciſum relinquit.

10 Item † adde, quod exigens tributum, ſiue gabellam præter debitum ſcienter furtum committit; ſi ignoranter, tenetur ad duplum, & ſi ob id mercatores recuſant tranſire per illud teritorium, tenetur ad intereſſe Communitati illius territorij, Franc. Marc. 421. par. 2.

11 Item † adde, quòd fur debet puniri, ſi aparet de furto, licet Iudici ſit incognita perſona, cui factum eſt furtum: ita tradit Alex. conſ. 23. vol. 6. Baiard.

12 b Furtorum autem duo ſunt genera. Adde, † quōd adhuc, vt furtum dicatur manifeſtum, attenditur principium: eſt

text.